

## 46.

*Heinrich von Schapa schenkt dem Hospitale das Zollhaus vor dem Roßweiner Thore.*

1291 Sept. 25 (1).

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das S. (des Rathes?) an einem Pergamentstreifen, der durch Los-*  
*trennung des untern Randes der Urkunde gebildet ist, ist abgefallen.*

*Ann.: Das Datum ist verderbt und dürfte sich am leichtesten durch Einschaltung von VII. vor kalendas be-*  
*richtigen lassen.*

Notum sit omnibus tam presentis quam futuri evi Christi fidelibus presentem litteram inspecturis, quod | Heinricus dictus de Schapa caute sibi providens in futurum kameram juxta valvam Ruswinensem | situatam, in qua theloneum recipitur, hospitali 10 nostro Vriberg in remissionem peccaminum suorum pia largicione condonavit, ut per ipsius census solucionem ibi inhabitantes alicujus cibi alimento debiles procurentur; hoc eciam a nobis promissum obtinens, quod nemo ausu temeritatis aliquo aliam kameram construere debeat, per quam census prioris kamere sicut diximus valeat inpediri. Testes rei hujus sunt Th[eodericus] Obrasus tunc temporis magister burgensium existens, H[cin- 15 ricus] Burnerus, Winandus de Canali et Jo[hannes] de Cypzlawiz et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m° cc LXXXI., [VII.] kalendas octobris, feria tertia ante Michahelis.

(SD.)

## 47.

20

*Markgraf Friedrich der Freidige bestätigt dem Hospitale die von seinen Vorfahren demselben geeigneten Güter zu Bobritzsch.*

Rochlitz, 1293 Jan. 18.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das zerbrochene Reitersiegel an Pergamentstreifen.*

*Gebr.: Willich Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cml. dipl. 14.*

*Ann.: In dorso: Quod bona hospitalis debent esse prorsus separata a judicio vocatorum (votor) aliorum (Saec. 25 XV). Vergl. No. 34, 40.*

In nomine domini amen. Fridericus dei gracia Mysnensis et Orientalis marchio et comes Saxonie palatinus omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis in perpetuum. Cum temporis mobilitas cuncta secum precipitet temporalia, sane providencie consilio est inductum, ut ea que aguntur patrociniis | litterarum firmiter debeant 30 perhennari. Notum igitur esse volumus universis ac singulis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod eam proprietatem, quam avus noster Henricus Mysnensis quondam et Orientalis marchio felicis memorie et alii nostri progenitores hospitali sancti Johannis sito aput Vryberg in villa Boberiz et allodio ibidem propter deum precipue donaverunt, ratam et gratam habentes litteris nostris presentibus de bona voluntate favorabiliter con- 35 firmamus, nolentes quod aliquis judicum nostrorum in dicta villa et allodio ibidem sibi judicium assumat aut aliquialiter audeat usurpare. Set volumus ut dictum hospitale ipsis bonis fruatur sine perturbacione pacifice et quiete; eciam predicta bona debent esse pror-